

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus

### Caput 3: De correctione Domini (10)

Beda:

Quinque enim modis flagella contingunt,  
vel ad custodiam virtutum ne superbia temptet ut Paulo, ←  
vel ut iustis merita per patientiam augeantur ut Iob,  
→  
vel ad corrigenda peccata, sicut in Maria lepra percussa,  
vel ad gloriam dei, ut in ceco nato,  
vel ad initium pene future, ut in Herode,  
quatenus hic videatur quod in futuro sequatur,  
secundum illud: Et dupli contritione contere eos  
domine deus noster.

Beda:

«Quinque enim modis flagella contingunt:  
vel ut iustis merita per patientiam augeantur, ut Iob;  
vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo;  
vel ad corrigenda peccata, ut Mariae lepra;  
vel ad gloriam Dei, ut de caeco nato;  
vel ad initium poenae, ut Herodi,  
quatenus hic videatur quid in inferno sequatur,  
secundum illud: Dupli contritione contere eos.

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV. libris distinctae*, 4.15.2  
(*Spicilegium Bonaventurianum*, editio tertia, p.326, ll.2-7).

Quinque siquidem sunt differentiae causarum,  
pro quibus in hac uita corporum molestiis affligimur:  
aut ad augenda merita per patientiam, ut beato Iob;  
aut ob custodiam uirtutum, sicut apostolo Paulo  
datus est stimulus carnis suae, angelus Satane colafizans,  
ne magnitudine reuelationum extolleretur;  
aut ad corrigenda peccata, sicut Maria soror Aaron  
propter temeritatis uerba lepra percussa est;  
aut ad gloriam Dei, sicut infimitas Lazari non ad mortem,  
sed pro gloria Dei fuit;  
aut ad inchoationem aeternae damnationis,  
quod reproborum est proprium,  
ut Antiochus et Herodes praesenti Syria cunctis ostendebant  
quod passuri perpetuo erant in Gehenna.  
Vnde dicitur: Dupli contritione contere eos.

Otfriedus Wizanburgensis, *Glossae in Matthaeum*, 9.5  
(CCCM 200, C. Grifoni ed., p.132, ll.39-50).